

folio

liiii

Quarrissimi sic
habet deus se erga peccato
res. Nam corda nostra ci/
uitates anime sunt oblecta cum vicijs et
concupiscentijs per dyabolum munduz
et carnem. deus ex sua misericordia sta/
tuit hominibus tempus in quo si velle
poterint inuenire candelam accensam.
id est quod diu vita est in corpore quando/
cunq; peccator misericordiam desidera
ret: pacem et concordiam dei reciperet.
Tota vita nostra est constituta et pmissa
sa vt penitentiam faciamus et vitam?
Unde saluator dicit Nolo mortem pec
catoris etc. Et ideo quod diu anima est in cor
pore petamus ventam: et misericordiaz
obtinemus Iohannis. xvi. Penite et
accipietis. Sed certe cum vita nostra
fuerit terminata per mortem: tunc non
erit tempus misericordiaz petere et licet
petierimus non valeat nobis. Ergo fa
ciamus penitentiam quod diu adhuc sumus
in hac vita

De virili pugna cristi et victoria
Capitulum. xcix.

Quar regna
uit in cuius regno erat qui
da miles generosus ac for
tis qui semel per quandam foresta equi
tabat bufonem cum serpente vidit pug
nare. Sed bufo preualuit et serpentem
deuicit hoc videns miles serpentem in
uit quod bufone grauer vulnerauit. eua
sua fugam accepit tamen per bufonem
vulnerat? grauer erat miles. Hoc vi
dens miles de equo descendit sed vene
num bufonis in vulnere eius remansit
Viles domum perrexit et longo tempe
in infirmitate vulneris remansit. Testa
mentum suum condidit et ad mortem se
parauit. Cum vero semel iuxta ignem sa
cussisset quasi de vita sua desperatus ser

pes quem a morte saluauit intrauit Ser
ui videntes serpentem dixerunt. Dne
quidam serpens intrauit. Viles cum
illum respexit agnouit eum quod serpens
ille erat pro cuius defensione vulnera et
omnia mala suscepit Viles ait. Nolite
eum impedire. Creto quod nullum malu
mibi faciet. Serpens vero coram om
nibus ad eum accessit et venenum vul
neris cum lingua suxit quousque os ple
num habuisset. Statim extra domum
eucurrit et venenum extra se proiecit Re
dijt et ad vulnus iterato accessit bis ter
quousque totam venenum hausit. Et fac
to miles serpenti lac ad bibendum dedit
Cum vero sic bibisset bufo a quo miles
vulnus recepit intrauit et contra serpe
tem pugnare incepit ac si esset inuindic
tam quod serpens militem sanauit Viles
cum hoc vidisset ait seruis suis. Carissi
mi sine dubio iste est bufo: quez vulne
raui pro defensione istius serpentis a
quo oia mala recepi. Si serpentem deuicat
me iuadat et ideo si vitam meam diligi
tis illum incontinenti occidatis. Ser
ui hoc audientes cum gladijs et fustibus
illum occiderunt. Serpens vero quasi
applaudendo et regrediendo hinc inde cir
ca pedes domini se conuertit et foras ex
iuit. Viles vero perfectam sanitatem re
cuperauit.

Carissimi

Moralizatio

Imperator if
te est pater celestis Viles est
deus noster ihesus xps. Bufo diabolus.
Serpens homo et hoc propter duo serpens pe
dici homo. Primum propter peccatum venenum et
propter anima totam ac imaginez xpi quam por
tat. Secundum propter diabolum habet pugnare
Quia dicitur: non est alius qui pugnet pro no
bis nisi tu deus noster. Quia vero totum gen
us humanum propter peccatum primi parentis
erat suppeditatum: xps pro nobis pugnat

b 1